



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. IV. In Occidenti receptus idem Codex, sed translatus Lat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

*Balsamonis
commenta-
rius, quo
jussu confe-
ctus.
Balsamo,
quis.*

rum obtulit Balsamo, anno Domini 1191. Johanni Xiphilino Patriarchæ Constantinopolitano commentarium suum jussu Imp. Emanuelis Comneni & Michaëlis Anchiali Patriarchæ confectum. Fuit is Balsamo Patriarcha Antiochenus. *Videsis Baronium tom. 12. ad Ann. D. 1191. sect. 49. Quem Nicetas Choniates lib. 2. imperii Isaaci Angeli magnæ Antiochiæ Episcopum, virum ea ætate JCtissimum appellat.*

CAP. III.

De Joh. Scholastici collectione.

S U M M A R I A.

1. Joh. Scholastici collectio.
2. Quis ille, quo vixerit tempore.
3. Ejus exemplaria tria.
4. Nomocanon ejusdem Johannis.
5. Hic falso tributus Theodoro.

*Joh. Scholastici colle-
ctio.*

*Quis ille,
quo vixerit
tempore.*

*Ejus exem-
plaria tria.*

*Nomocanon
ejusdem Jo-
hannis.*

*Hic falso
tributus
Theodore-
to.*

Pertinet huc & Johannis Scholastici *συναγωγή κανόνων*, collectio canonum, quâ canones non secundum ordinem temporum sed materiarum, in quinquaginta titulos contexit. Erat is Antiochiæ Presbyter & Apocristarius, inde, pulso Eutychio, Patriarcha Constantinopolitanus, Justiniani Imper. tempore. Exstant ejus hodie tria exemplaria MSta, unum in Bibliothecâ Vaticanâ, Heidelbergâ ablatum, alterum in Bibliothecâ Petri Seguerii, Cancellarii Franciæ. Tertium Christophori Justelli, ex Bibliothecâ Collegii Claremontani Parisiensis. A quâ collectione diversa est ejusdem Johannis epitome, seu Nomocanon, quo, omissis integris canonibus concordantes leges, Novellas in primis Justiniani ad singulos titulos adjecit, quem secutus est postmodum Photius & alii. Huic perperam MSCtum. Regium titulum fecisse *Θεοδώρητος Ἐπισκοπὸς Κύπρου* notat Justellus.

CAP. IV.

In Occidenti receptus idem Codex, sed translatus Lat.

S U M-

S U M M A R I A.

1. Codex Canonum etiam in Ecclesiâ occidentali receptus. 3. Hadrianus I. eum tradidit Karolo M.
 2. Adjectis canonibus apostolicis, & Pontificum decretis. 4. Magis tamen verisimile collectionem hanc deberi Ingelramo.

Porrò in Ecclesiâ occidentali idem antiquus Codex, cum ex Codex Ca-
 veteri incerti auctoris, translatione, quæ adhuc in Biblio- nonum et-
 thecâ Vaticanâ asservatur, ut scribit Sirmondus in censurâ iam in Ec-
 Anonymi, de regionibus suburbicariis; Tum ex Dionysii clesiâ occi-
 Exigui Abbatis, versione, hortatu Laurentii Ecclesiæ Romanæ dentali re-
 Presbyteri adornata, & Stephano Episcopo Salonitano, ad quem ceptus.
 exstat Epistola Dionysii apud Baronium, anno 527. num. 72. dedi-
 catâ fuit usurpatus. Vide Cassiodorum de div. lect. c. 23. Adjun- Adjectis ca-
 xit autem Codici Ecclesiæ universalis quinquaginta canones apo- nonibus a-
 stolicos, itemque Sardicensis & Africanorum conciliorum cano- postolicis, &
 nes. Sed & Pontificum Romanorum decreta, à Siricio usque ad Pontificum
 Hormisdam quæ recenset Leo IV. apud Gratianum, c. de libellis decretis.
 dist. 20. & exstant in Codice canonum Moguntia edito. Vide Ju-
 stell. Prefat. Cod. Eccl. univ. Hanc translationem Hadrianus I. Hadriano I.
 Pontifex R. ad regimen Ecclesiarum occidentalium tradidit Ca- eum tradi-
 rolo M. anno 773. ut docet epistola Hadriani, quam edidit Sir- dit Karo-
 mondus tom. 2. conciliorum Gallie. Cujus epitome ab Henrico lo M.
 Canisio Ingolstadii tom. VI. antiquæ lectionis, deinde Colonia
 tom. III. conciliorum vulgata, quam Hadrianus Papa anno
 DCCLXXXI. Ingelrammo Metensium Episcopo miserat. Con- Magis tamẽ
 fer. Dn. Conring. de orig. Jur. Germ. c. 14. p. 63. in f. edit. recen- verisimile
 tissima. Sed dubitat A. Augustinus lib. 1. emendationum Gra- collectio-
 tiani de Hadriano auctore, ubi ait ea capita Hadriani nihil habe- nem hanc
 re, cum tamen ejus nomine ferantur. Postea Dn. Stephanus Ba- deberi In-
 luzius, vir clarissimus & de antiquitate in primis Ecclesiasticâ me- gelramo.
 rentissimus, censet, capitula hæc esse ipsius Ingelramni, qui ex sup-
 posititiis Pontificum epistolis compilaverit & Hadriano obtulerit.

CAP.